



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

CXXVIII. Ghyre Bieren, Ywan von Wulffen und Henning Rossow schließen  
einen Waffenstillstand mit der Stadt Stendal, am 24. Dezember 1338.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

CXXVII. Markgraf Ludwig verleiht dem Sohne des Schulzen Heinrich von Schepelitz zu Stendal Hebrungen in der Münze zu Kyritz und im Dorfe Eychstede bei Arneburg, am 28. Dezember 1337.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. contulimus etc. discreto viro Johanni de Scepelitz, filio bone recordationis heinrici, sculteti de Stendal, suisque etc. iusto pheidii titulo XXIII frusta cum VII solidis minus IIII denariis denariorum brandenburgensium annue pensionis in moneta ciuitatis nostre kyritz et in villa eychstete, prope castrum arnburg sita, XVII frusta denariorum brandenburgensium annuorum reddituum cum omni iure, liberalitate, honore, commodo et gracia, sicuti prenotatos redditus heinricus, scultetus predictus, rite per literarum suarum rationaliter datarum continentiam possedit et tenuit, sine inquietatione qualibet perpetue quiete et pacifice possidenda. In cuius etc. Testes Buch, arnoldus de Jagow, Coneke et th. fratres de Quitzowe cum ceteris. Datum premzlowe, anno M. CCC. XXXVII., in die innocentum. (Non est recepta.)

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg, No. CLXXXIII.

CXXVIII. Ghyre Byeren, Ywan von Wulffen und Henning Rossow schließen einen Waffenstillstand mit der Stadt Stendal, am 24. Dezember 1338.

Vniuersis presentia visuris seu auditoris, Nos Ghyre Byeren et Ywanus de Wulue, milites, ac Henninghus Rossou, famulus, significamus publice protestando, quod dedimus et presentibus damus honestis viris Consulibus ciuitatis Stendal et suis treugas firmas securitatem et pacem pre nobis et omnibus nostre voluntati parere volentibus a data presentium usque ad Dominicam, qua cantatur Inuocauit, firmiter duraturam. Qua veniente si predictas treugas pacem et securitatem amplius seruare nolumus cum ipsis, extunc ipsi per spatium quindene ante intimabimus predicendo et quam diu hoc ipsis non predicimus omnes treuge pax et securitas in suo robore permanebunt. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in castro Tuchen, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVIII<sup>o</sup>., feria proxima ante festum natiuitatis Christi.

Gerfen's Diplomat. II, 9. 10.